

99
Nobilissimo, Doctissimoque Viri,
D. D. Constantino Hugenio, Equiti etc.
Χαίρειν καὶ ὑπερβύβας. Dossa.

96
95
Numerorum istud, nec non acutissimum Epigramma, Vir
Nobilissime, per Annuntium meum recepi. Credo eundem
(nec Dana fides) omnes iunct Muses, nec non ipsum Apollinem
Tibi artissime οὐ γὰρ ἐνείσομαι ἐν φρεσὶ τιθεῖσι ἅν
enim omnia ἐν αὐτῷ ὀλέχευσα, ἰσχυρότα, et nihil
Deo non dignum. Maximum quoddam illud fuisse in magno
Homero refert antiquitas, quod nullus unquam anteprius
fuerit, quem ille imitaretur, neque post illum, qui ipsum
imitari posset: in Te vero, illud maximum esse reor, Vir
Eminentissime, quod nullus unquam fuerit ante Te, quem
non felicissime superaveris; post Te futurus unquam sit
qui superare Te possit. Primis abis, longèque ante omnia
etc. Quod vero tam immodicas laudes juvenilibus annis nostris
attribuas, et filium modo, modo Patrem appelles, scribere
quidem facile id vobis, praestare autem nobis difficillimum.
Putebri me quidem sed non meo me colore depinxisti. Non eundem
illa Nomina in me agnosco, non Celestem illam Poetarum
originem, non Divinos illos spiritus, qui tam divite ubique
copia exurgunt: verum pauperem, quandam, et juvenem vnam,
que tamen laudata crevit, et vesio quo pacto his praesentibus
excitatur, et ad veterem illam Gentis ac Genitoris mei gloriam
aspirare conatur. Vale. Datum Lugd. Bat. prid. Id. Feb.
1629.

